

Kc  
3008



*Vol. 24.*



Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO PRIMA  
DE  
**GENERALIBUS**  
**JURIS ROMANI**  
**PRINCIPIIS,**

*Ex Proœm. & lib. 1. Tit. 1. & 2. Inst. jur.*

THESES XXX. Continens;

QVAM  
AUCTORITATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE

D<sup>N</sup>. MARCO RHODIO, J.U.D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO

MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,  
IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM,  
MICHAEL DIRKSEN, Dantiscanus,

AUCTOR & RESPONDENS,


*Ad Diem IV. SEPTEMB. A. M. DC. LXXXIV. horis matutinis solitis,*  
Publicè ventilandam proponit.

---

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELII, Acad. Typ.

REPETITIONUM COLLEGIUM  
AD INSTIT. JUR. IMPERIALE  
DISPUTATIO PRIMA  
DE  
GERERALIBUS  
JURIS ROMANI  
PRINCIPIS  
EX P. A. W. M. A. S. M. A. M. J. M.  
THESIS XX  
ALBERTI H. SCHNEIDER  
AGRICOLA I. STORUM ORDINIS  
IN UNIVERSITATE WURBURGENSI  
RESIDENS  
DAMIANO RHODIO IUD.  
DOMINO ASTRON. & ASTRONOME SUD.  
MAGISTRI ASTRON. & ASTRONOME SUD.  
IN ASTRON. JURIS-COSMETORUM  
MICHAEL DIRKSEN, THEOPHILUS  
ALGOTUS & RESPONDENS  
MAGN. I. STRUBER & MICHAEL B. STRUBER  
Lubus vniuersitatis p. p. p.  
Franciscus Ogerius, Typis Joh. Corradi, Anno 1814





Q. D. B. U.

## REPETITIONUM COLLEGII

*ad Instit. Jur. Imperial.*

DISPUTATIO PRIMA.

### INGRESSUS.



Principia juris Romani generalia, alia, alia specialia sunt. ILLA fundamentum & lucem omni ejus parti, five in personis, five in rebus, five in actionibus occupetur, præstant. HÆC separatim in aliquâ demum ejus parte singulari id officii obeunt. Quò posteriori nomine omnia & singula, quæ in Institutionibus Juris Imperialibus, ut *primis ejus Elementis, aut Rudimentis, à Tit. 3. lib. 1.* habentur, tradiqve ad ea, vulgò solent, PRINCIPIA JURIS ROMANI dicuntur. Priori verò, generalium scilicet nomine, occurrunt Prolegomena, quæ in *proœmio* dictarum Institutionum, *it. Tit. 1. & 2. lib. 1.* exstant. De Historia & Auctoritate ejus Juris, de Justitia item ac Jurisprudencia, multipliciqve ejus fonte, multa ad solidiorem specialium Juris Principiorum cognitionem pertinentia eadem habent. Deqve his, prout videlicet sunt, & illustrari passim à Doctoribus solent, hæc DISPUTATIO PRIMA agit. Quam non va-

næ ostentationis, sed exercitii solùm ergò, forte mihi inter cæteros commilitones, quibuscum COLLE-  
GIO ad INSTITUT. JUR. IMPERIAL. PRIVATO usq; adhuc vaco, præ aliis favente, in apricum ponendam duxi, & quidem per Theses, quæ sequuntur:

### THESIS I.

**I**Nvocatio Nominis divini non est de substantiâ solennis Instrumenti, nec ad Virtutem ejus confert, si præmittatur, nec Virtuti aliquid detrahit, si omittatur; Nisi consuetudine aliud sit introductum.

*Constit. Imperat. Maximil. in Comit. Colon. Anno 1512. promulg. §. und nach dem Sc. Schneidew. in proem. ad Instit. Joh. Emeric à Rosbach. in prax. civil. Tit. de instrum. 63. n. 5. Just. Sibold. Diss. 1. instit. tb. 1. Wurmsl. in nucl. jur. contro. disp. 1. tb. 1.*

*DISS. Gloss. in Nov. 47. c. 1. §. 1. Lagus part. 5. method. jur. 6. 24. n. 7. Henr. de Piro. ad proem. Instit. Walther. 2. Miscell. 1. Didac. Covarr. lib. practic. quest. c. 20. n. 1. & Joh. Fab. in proem. ad Instit.*

### II.

Justiniani nomen proprium ipsius fuit, idque ante adoptionem Pater naturalis ipsi imposuit.

*Joh. Harpr. in proem. ad Instit. n. 19. Ægid. Perinn. in Vita Justin. Hotom. Cont. in Vita Justin. Besold. in Synopsi. Histor. univers. c. 16. n. 16. f. 270. Christoph. Helvic. in theat. histor. Anno 4527.*

*DISS. Gloss. in Epigr. constit. omnem. d. jur. doc. rat. Anton. Augustin. lib. 3. emendat. cap. 8. Heigius & Mynsing, ad proem. Instit.*

### III.

III.

Idem Justinianus omni laude dignus  
Imperator fuit.

Paul. Diac. *lib. 18.* Jacob. Menoch. *d. adipisc. possess. remed. 4. n. 1.* & Euchel. *in not. ad Procop.*

*DISS.* Valla *lib. 6. Elegant. c. 36.* Cuspin. *in Vitâ Justin.* Tiraq. *d. nobilit. c. 31. n. 536.* & Ravard. *4. var. 10.*

IV.

Imò & Christianæ Religioni addictus  
judicatur.

*L. 1. & 2. C. de Offic. Praef. Prat. Afric.* Harpr. *ad proœm. Instit. n. 31.* Giphon. *in tract. de Imperat. Justin.* Hœnon. *Disp. 1. ad Instit. tb. 1.*

*DISS.* Valla *lib. 6. Elegant. cap. 36.*

V.

Christiani interim legibus vel ab Ethni-  
co Magistratu latis in conscientia obstricti  
sunt.

*I. Timoth. 2. v. 1. & 2.* Harprecht. *ad proœm. Instit. n. 32.* Dominic. Soto *tit. de J. & J. quæst. 6. art. 4.* Petr. Gilken. *de præscript. p. 2. membr. 2. c. 3. n. 44.* Ferdin. Vasq. *1. controuv. c. 29.* Limn. *de jur. publ. lib. 8. c. 8. num. 54.*

*DISS.* Auctores videri possunt apud Hunn. *de auctorit. jur. Civ. & Canon. c. 1. qv. 2.* ut & Wurml. *exerc. jur. publ. 7. tb. 10.*

VI.

Absurdè & inconsideratè quidam im-  
probant, quòd Imperator Laudes suas enar-  
raverit.

*§. 1. & seqq. Inst. proœm. L. 2. C. de his qui ven. etat. impetr. L. justa causa 9. ff. de manum. vind.* Schneidew. & Manzius *ad Instit. ad. loc.*

VII.

Paragrophus Institutionum quilibet eandem habet auctoritatem in Judiciis, quam Lex in ff. C. vel Nov.

*§. 6. Instit. in proem. Magnif. Dn. Strykius in precogn. Juris Universi, pag. 19. & Jacob. Cujac. lib. 11. Obs. cap. 38.*

*DISS. Matth. Wesenbec. in §. 2. tit. de testament. ordinand.*

VIII.

Justitia ab Imperatore & Ulpiano non malè describitur, quòd sit constans & perpetua Voluntas jus suum cuique tribuendi.

*Pr. Instit. de J. & J. L. 10. ff. eodem, Magnif. Dn. Strykius in annot. ad Instit. ibid. Christoph. Ehemius lib. 5. de princip. Jur. c. 5. Frantzk. ad Instit. de J. & J. Bachov. Schneidew. Manzius & Vinnius ad Instit. tit. de J. & J.*

*DISS. Joh. Glossator Joh. Fabr. Accurs. & Hotom.*

XI.

Illis nequaquam assentiri possum, qui in eam sententiam abiverunt, quòd Justinianus Justitiam divinam in *pr. Instit. de J. & J.* & Ulpianus *L. 10. eodem* definiverit. Potius ergo his calculum adjicio, qui justitiam humanam definitam intelligunt.

*Nov. 30. c. 9. §. 1. Nov. 69. in princ. Magnif. Dn. Strykius in Annot. ad Inst. tit. de J. & J. Hunn. tract. 1. var. res. lib. 1. quest. 2. tit. de J. & J. Berens Diss. Acad. Disp. 1. quest. 1. Sjev. Res Dec. 1. quest. 2. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 1. Sutholt. Dissert. ad Inst. 1. apb. 27.*

*DISS. Hotom. Vultej. ad pr. Instit. de J. & J. Gilken in Enarrat. Ethic. Arist. lib. 5. c. 1 num. 46, & seqq. Marcus Anton. Delrio*

Delrio *lib. 1. de princ. Jur.* Christoph. Ehemius *lib. 1. de princ. Jur.*  
c. 6. & Ungep. *ad Instit. Exercit. 1. quæst. 10.*

## X.

Jus à Justitiâ appellari, manifestum est.

*L. 1. pr. ff. de J. & J. Fabr. Diss. 1. tb. 2. Forst. D. 1. tb. 17.*  
*Heen. D. 1. tb. 4. Giph. D. 1. tb. 1. Schneidew. Rævard. 1. var. 2.*  
*Förster. Diss. 1. tb. 17.*

*DISS. Valla, Wissenb. Diss. 1. ad Instit. n. 10. Petr. Mart.*  
*4. locor. com. 14. n. 1. & Dominic. Soto lib. 3. de J. & J. quæst. 1. art. 1.*

## XI.

Sicuti Lex *L. 2. ff. LL. rerum divinarum*  
& humanarum dicitur Regina; Ita Jurispru-  
dentia non malè describitur rerum divina-  
rum & humanarum notitia, justi atqve in-  
justi scientia.

*L. 10. §. 2. ff. de J. & J. §. 1. Instit. eod. Donell. 1. comm. 16.*  
*Coraf. ad L. 1. n. 18. lit. L. de J. & J. Gilkenius in Dissert. suâ: U-*  
*trum Jurisprudencia sit scientia? Hunn. var. resolut. lib. 1. tr. 1.*  
*qv. 12. Borcholt. & Harpr. ad §. 1. n. 4. Instit. de J. & J.*

*DISS. Andr. Gerhardi Diss. ad Instit. 1. coroll. 2. Bachovius*  
*ad Treutl. Diss. 1. tb. 2. lit. A. infin. Arnisæus cap. 13. polit.*

## XII.

Quamvis non pauci statuunt, Finem  
Jurisprudentiæ esse Justitiam particularem,  
nobis contraria Opinio Veritati magis con-  
sona videtur, quòd nimirum universalis Ju-  
stitia sit finis Jurisprudentiæ.

*Nov. 69. in princ. Hahn. ad Wesenb. lib. 1. tit. de J. & J.*  
*Albert, Belognetus de jur. & equit. c. 8. & 9. n. 2. & seqq. Chri-*  
*stoph.*

Stoph. Ehemius *tr. de pr. jur. L. 5. c. 6.* Hunn. *var. resolut. lib. 1. qv. 3. tit. de J. & J.* Ungep. *Exercit. 1. qv. 10.* Sutholt. *Diss. 1. th. 21.* Wissenb. *Disp. 1. ad Instit. n. 11.* Bachovius *ad Treutl. vol. 1. Disp. 1.*

*DISS.* Mynsing. *ad Instit. de J. & J.* Schneid. *ad Instit. eod. Treutl. select. Disp. 1. Vol. 1. th. 1.* Struv. *ad ff. Exerc. 1. th. 18.* Manzius *in Comment. ad Instit. tit. de J. & J.* Conrad. Horneus *in Phil. mor. l. 3. c. 11. n. 12.* Cujac. *ad L. 10. ff. de J. & J.* Lindem. *Disp. 1. th. 1.* Forst. *Disp. 1. th. 22.* Arum. *exerc. 1. th. 10.*

### XIII.

Maxima oriri solet disceptatio, quando quaestio proponitur: *An poenarum inflictio referri debeat ad Justitiam commutativam vel distributivam?* Inveniuntur plurimi asserentes, quod ad Justitiam distributivam; Nos verò statuimus, quod delicta atque poenarum Irrogatio ad justitiã commutativam pertineat.

*L. 20. ff. de judic. & L. 52. ff. de re judic.* Arnisæus, Scotus, Horneus & Hahnus *ad Wesenb. lib. 1. tit. de J. J.*

*DISS.* Bened. Carpov. *in pr. crim. p. 3. qv. 48. n. 41.* Bachov. *in comment. ad ff. tit. de J. & J. n. 3. & 4.* Wesenb. *ad ff. eodem.*

### XIV.

Tria sunt præcepta Juris: Honestè vivere, neminem lædere, Jus suum cuique tribuere.

*§. 3. Instit. de J. & J.* Ulpian. *in l. 10. ff. eodem.* Frantzk. *ad instit. lib. 1. tit. eodem.* Manzius *ad instit. h. t.* Hunn. *tract. var. resolut. qv. 16. tit. de J. & J.* Köppen *usus pract. ad Instit. Observ. 2.* Först. *th. 26.* Hoënon, *Disp. ad instit. 1. th. 7.*

*DISS.*

DISS. Don. 2. comm. 1. Corah. d. jur. art. c. 24. & ad L. 10. ff. tit. de J. & J. Arum. exercit. 1. th. 11. & Hotom. ad §. 3. Inst. de J. & J.

XV.

Quemadmodum alium offendere omni Jure prohibitum est, nisi fiat ad sui defensionē: Ita sibi ipsi violentas manus inferre & *αὐτοχρησίαν* committere, nemini licet, cū generale præceptum sit: *Non Occides*, scil. neq; Te, neqve alium. Si verò quis mortem sibi consciverit, ipsi Jure Saxonico & moribus Christiana sepultura denegatur, juxta art. 31. lib. 2. Landr. ibi: *Wisse auch / daß die Pompe und Pracht / die man pflegt denen zubestellen / die sich selber tödten / weñ man sie zu Grabe führet / ist eitel Fantasey / denn man sol sie zu Recht auf keinen Kirchenhoff begraben.*

*L. omne delictum. 6. §. qui se vulneraverit. ff. de re milit. L. liber homo. 13. ff. ad L. Aquil. Hunn. tract. var. resol. tit. de J. & J. qv. 17. Ungep. Exercit. Justin. 1. qv. 13. Joh. Cöppen. us. pract. ad. Instit. Observ. 3.*

DISS. Ægid. Hortens. ad tit. de J. & J. Matth. Polen. Disp. 1. qv. 4. & Disp. ult. qv. 6. Just. Sinolt. Exercit. Jur. Disp. 1. th. 16. lit. C.

XVI.

Jus Romanum distingvitur in publicum & privatum. Privatum respicit singulorum

B

utili-

utilitatem. Publicum ad statum rei Romanæ spectat; & in sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus, consistit. Nostrum hodie Jus publicum est, quod ex recessibus Imperii, patris, Conventionibus Principum & statuum Imperii desumitur.

*S. 4. Instit. de J. & J. L. 1. §. 2. ff. eod. Besold. in templo Justit. n. 67. Arum. Exercit. ad Instit. 1. th. 12. Hotom. Gœdd. ad L. 6. n. 1. ff. de V. S. Obrecht. de Princ. jur. cap. 7. n. 45. Cujac. s. Observ. cap. 33.*

*DISS. Rudolph. Agricola lib. 2. de Invent. Dialect. Rævardus s. variar. R. 12. Donell. 2. comm. 3.*

#### XVII.

Consideratâ Juris divisione, asserimus, quòd utrumque tam publicum, quàm privatum, ex Jure Naturali, Gentium & Civili collectum sit.

*L. 2. §. 3. ff. de J. & J. Besold. ad L. 1. ff. eod. n. 19. Duaren. ad L. 5. in pr. ff. tit. de J. & J. Bachov. ad Treutl. Disp. 1. fol. 11. Brunnem. Exercit. Justin. 1. tit. de J. & J. Hunn. var. resolut. lib. 1. tr. 1. qv. 18. Wurmsler. nucl. jur. controuv. Disp. 1. th. 19. Svevus qv. 4. Coraf. p. 2. de jur. arte. c. 2. Först. ad Inst. th. 29. Winckl. de princ. jur. s. c. 12. Hœnon. ad Inst. th. 8.*

*DISS. Cujac. in not. ad Instit. de J. & J. n. 8. Cramer. Disp. 1. th. 9. Ant. Matthæi in Colleg. ad ff. Disp. 1. th. 3. Alciat. lib. 3. parerg. c. 1. Rud. Agric. lib. 2. de Invent. Bacchov. ad Instit. de J. & J. Borcholt. & Mynsing. ad §. ult. Inst. tit. eod.*

#### XVIII.

Jus Naturale cum Grotio describimus, quòd sit dictamen rectæ rationis, indicans actui alicui

alicui, ex ejus convenientiâ aut disconveni-  
entiâ cum ipsâ naturâ rationali, inesse moralem  
turpitudinem aut necessitatem; ac conse-  
quenter ab auctore Naturæ, DEO, talem  
actum aut vetari aut præcipi.

*Grot. de J. B. & P. lib. 1. cap. 1. num. 10. & Mevius in Prodomo  
Juris Gentium.*

*DISS. Pufendorfius de J. N. & G. lib. 2. cap. 3. §. 4. & seqq.*

### XIX.

Legitima Defensio Jure Naturali intro-  
ducta ac licita est. Si itaq; furiosus vel ebrius  
vel mente captus & dormiens noctambulo  
ipsô factô quendam adoriatur, quamvis non  
animô injuriandi id fiat, omninò se defen-  
dere potest, quia ubicunque Violenta of-  
fensio adest, ibi defensionis locus est.

*L. 3. ff. de J. & J. Far. in pract. Crimin. p. 4. tit. 14. quest.  
125. n. 334. Gail. lib. 1. Observ. 9. n. 8. & Constit. Imperial. in  
der Peinlichen Halsgerichts-Ordnung art. 140. ubi dicitur: So  
einer jemand mit einem tödtlichen Waffnen oder Wehr überläufft/  
ansicht oder schlägt/ und der Benöthigte kan füglich ohne Gefährlichkeit  
und Verletzung seines selbes/ Ehr und guten Leumdes nicht entwe-  
chen/ der mag sein Leib und Leben ohn alle Straff durch eine rechte  
Gegenwehr retten. Joh. Coppen. Usus pract. Instit. Observ. 5. &  
Schneidew. ad Instit. tit. de J. N. G. & C.*

*DISS. Müll. in der Apostol. Schluß. 1. Job. 2. v. 16. Domin. 2.  
post Trinit. & Bald. in casib. consc. 14. p. 891.*

### XX.

Jus Gentium est, quod naturalis ratio

B 2

inter

inter omnes homines constituit, ob utilitatē  
ac necessitatem humani generis exigentem.

§. 1. *Instit. de J. N. G. & C.* Willenbach *Disp. 3. ad Inst. n. 7.*  
Manzius *in Comm. ad Instit. tit. de J. N. G. & C.* Struv. *Syntagm.*  
*Jurisprud. Exercit. 1. th. 49. & 54.*

*DISS. Constant. Harmenop. lib. 1. ωεγχείεξ tit. 1. & Anton.*  
*Augustin. 4. Emendat. 4.*

## X XI.

Non satis commodè Jus Gentium, uti  
& Jus Naturale, dividitur in primævum & se-  
cundarium.

Baro *ad §. 1. Instit. de J. N. G. & C. & ad §. item ea, quæ ex*  
*hostibus. 17. Inst. de rer. divis.* Hahnus *ad Wesenb. tit. de J. & J.*  
*p. 42. Coraf. lib. 6. Miscell. c. ult. Eckolt. ad ff. tit. de J. & J. § 24.*  
*Connan. lib. 1. com jur. Civil. c. 5. n. 3. Hieron. Alex. Junior, in*  
*Comment. ad Inst. Caji c. 1. Bronch. cent. 1. assert. 3. Harpr. §. 1.*  
*Instit. de J. N. G. & C. num. 7.*

*DISS. Schneidew. ad Instit. §. 1. tit. de J. N. G. & C. num. 3.*  
*& seqq. Bocer. Class. 1. Disp. 2. th. 11 n. 12. Treutl. part. 1. Disp. 1.*  
*th. 4. lit. D. ibid. Bacchov. ad lit. B. Först. ad Inst. th. 33. Hoen.*  
*th. 10. & Arum. th. 14. ibidem Wurms. in nucl. jur. controu. lib. 1.*  
*tit. 2. Wesenb. in com. ad ff. tit. de J. & J.*

## X XII.

Ob defensionem rerum suarum nemi-  
nem licet occidere, nisi periculum vitæ &  
corporis adsit.

*L. Sancimus. 21. in fin. C. de SS. Eccles. l. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L.*  
*Aquil. l. si pignore. 54. §. 2. ff. de furt. L. 52. §. Tabernarius. ad L.*  
*Aquiliam. Harprecht. tr. crim. § item lex Cornel. de Sic. 5. tit. de*  
*pub. jud. n. 182. Obrecht. tr. de defens. c. 8. num. 12. & seqq. Sic i-*  
*taque res nostras defendere, non verò propter defensionem ali-*  
*cui vitam adimere debemus, uti & Gailius lib. 2. de pac. publo*  
*c. 16.*

*c. 16. n. 14. vult, & probat Gloss. Jur. Sax. in Art. 78. n. 10. ibi: Wenn mir Gewalt an meinen Gütern geschehen / wider dieselbe möchte ich mich in der That / oder auch darnach / so bald ich das in Erfahrung kommen / oder gute Freunde dazu auffbringen können / wol wehren. &c.*  
*DISS. Sec. Bald. in L. 1. C. unde vi. & Clar. §. Homicid. n. 25*  
*Zæf. in ff. ad L. Aquil. n. 25. & ad L. Corn. de Sicar. n. 49. & 50. it.*  
*Leon. Less. de J. & J. 2. c. 9. dub. II.*

### XXIII.

Extraneum in mortis periculo constitutum defendere, & adversarium jure occidere nobis licet.

*Text. in. c. fortitudo. §. c. 7. caus. 23. qv. 3. c. 6. §. & quidem. tit. de sent. ex com. l. 1. §. 4. ad L. Cornel. de Sic. Meinliche Halsgerichts-Ordnung art. 150. §. item: so einer zu Rettung eines andern. Damhoud. in pract. c. 80. n. 1. & seqq. Far. in pract. crim. p. 4. tit. de homicid. t. 4. n. 267. & seqq.*

*DISS. Vasquius Romul. de homicid. part. 1. num. 143. & seqq. Berens dissert. Academ. qv. 4. disp. 1. Obrecht. de Necessit. defens. c. 7.*

### XXIV.

Quoniam fugæ incertus est eventus & adversarium ad inferendam vim magis invitat, insultatus non semper fugere tenetur, quamvis etiam fugâ se liberare possit.

*Cyn. Pistor. in l. plagis. ff. ad L. Aquiliam & in L. scientiam. §. qui cum aliter. ff. eodem. Farin. in pract. crim. p. 4. tit. de homicid. 14. qv. 125. n. 47. & n. 121 & seqq. Wesenb. cons. 19. n. 17. 59. Kirchoff. cons. 27. n. 11. Cic. Philip. 18. in fin. Senec. Epist. 28.*

*DISS. Jodoc. Damh. in pr. crim. c. 86. n. 67. & 78. n. 6. c. 11 n. 13. Gail. lib. 2. Observ. 110. n. 16. Harpr. in tr. crim. ff. item lex Cornelia de sic. tit. de publ. judic. CONF. Excellentiss. Dn. Præsidis Disp. de Vind. publ. devot. th. 32.*



## XXV.

Scriptura non est de Essentiâ Legis, quia  
Imperator dicendo legem condit.

*L. in omnibus. C. qui bon. ced. §. 10. Instit. de J. N. G. & C. Polyd. Virgil. de rerum Invent. lib. 1. c. 6. Riemer. Disp. 1. corol. 1. Treutl. vol. 1. select. Disp. 1. tb. 5. lit. B. Arum. exerc. ad Inst. 1. tb. 16. Donell. lib. 1. comm. cap. 13. Berens. disp. 1. ad Instit. tb. 1. Ungep. Exercit. 2. qv. 6. Kubach. cent. 1. qv. 3. illustr. dec. 3. qv. 3.*

*DISS. Wesemb. in ff. de LL. n. 5. Hiel. Disp. feud. 1. tb. 2. lit. a. Jason. in L. de quibus. 32. de LL. Hunn. var. resol. lib. 1. tr. 1. qv. 22. Idem ad Treutl. Vol. 1. Disp. 1. qv. 32. Schikardus Disp. 1. ad Instit. tb. 7. lit. B. n. 2. Alciat. lib. 1. parad. 16. Cujac. 5. obs. 25. in fin. Hoen. D. 1. tb. 34. Förster. tb. 34. ad Inst.*

## XXVI.

Erroneam agnoscimus sententiam statu-  
entium, legem Regiam figmentum aliquod  
esse, & asserimus, quòd Lex Regia, quæ l. 14.  
*in fin. ff. de manumiss. Lex Augusti* vocatur, reye-  
ra lata sit.

*Ulpian. L. 1. de constit. princip. & Justin. §. sed & quod 6. J. d. J. N. G. & C. Arcadius in l. unica in pr. de offic. pref. prator. Hotom. lib. 1. antiqv. Rom. de LL. Rom. sub tit. R. Calvinus & Lansius de L. Reg. Vinnius ad Instit. §. sed & quod. de J. N. G. & C. Hahnus ad Wesemb. tit. de Constit. Princip. n. 1. Ungep. Exercit. Justin. 2. qv. 4. Forstner. ad Tacit. lib. 1. annal. cap. 1.*

*DISS. Mart. Schoekius in Epist. de figmento L. Regia. Cujac. ad §. sed & quod. 6. Inst. d. J. N. G. & C. ibid. Harpr. Paul. Manut. lib. de LLbus. Baro in L. 1. de Constit. princ. Mynsing. ad Inst. in §. sed & quod. 6. n. 1.*

## XXVII.

Princeps omnibus omninò legibus solu-  
tus est.

*L. Prin-*

*L. Princeps. 31. ff. de LLbus, l. ex imperfecto. 23. ff. de Leg. Magnif. Dn. Strykius in annot. ad inst. §. sed & quod. de J. N. G. & C. Arnifæus lib. 1. de Jur. Majest. cap. 3. Riem. dec. 1. qu. 7. Herm. Vult. ad §. sed & quod. 6. n. 7. Frantzk. Exercit. 1. quæst. 8. Ant. Matthæi Disp. 2. Colleg. ad ff. de L. Princeps. 31. ff. de LLbus. Ungep. Exercit. 2. qu. 5. Sæv. qu. 7.*

*DISS. Cujac. Lib. 15. Observ. 30. Duaren. ad tit. de constit. princip. c. 1. Anton. Augustin. libr. de LLbus & Senatus C. c. 18. Vasqv. 1. controv. 26. n. 15. Paurmeist. de Jurisd. lib. 1. c. 19. n. 7. Donell. lib. 1. com. 17. Coraf. 2. Miscell. 25. Christoph. Besoldus. lib. 1. Polit. c. 2. n. 32. & seqq.*

### XXVIII.

Consuetudo non solum tantam Vim atque auctoritatem, uti Lex, in se habet, verum etiam ipsam Legem tollere & abrogare potest.

*L. 32. §. 1. in fin. de LL. Gloss. in L. 2. C. que sit longa consuet. Bronch cent. 1. abs. 4. Riem. Disp. 1. Coroll. 3. Först. ad Inst. th. 35. Joh. Köppen. usus præct. ad instit. Observ. 19. Pacius cent. 1. qu. 14. Wegner. Disp. 1. th. 8. lit. a. in fin. Wurmsfer. nucl. jur. contr. Disp. 1. th. 24. Lindeman. Exercit. Justin. 1. Tit. 2. th. 12. Oldendorp. in præfat. ad Class. action. Ungepaur. exercit. Justin. 2. qu. 8. Frantzk. Exercit. 1. qu. 9.*

*DISS. Connan. 1. com. 10. n. 9. Ant. Fabr. in Rat. ad L. 32. Ægid. Hortens. ad §. penult. de J. N. G. & C. Giph. in d. §. penult. Vultejus, Mynsing, & Bocerus, Arum. Exercit. 1. th. 21. Don. lib. 1. com. 10. Duar. 2. Disput. 23.*

### XXIX.

Cum certum tempus in jure nostro ad statutum abrogandum determinatum non sit, nec ad introducendam Consuetudinem cer-

tus

tus annorum numerus requiri debet, sed Judicis arbitrio committendum est.

*L. 1. §. fin. de jure delib. Menoch. 2. de Arbitr. jud. cas. 83. n. 6. & 7. Goëddæus Marpurg. Consil. 21. n. 144. Carpz. J. P. R. S. part. 1. Const. 3. Def. 22. n. 4. Bocser. Claß. 1. Disp. 4. th. 7. & 8. Svevus Quæst. 8. & 9. Hunn. var. resolut. lib. 1. tr. 1. qv. 24.*

*DISS. Vultej. Marpurg. Consil. 23. n. 36. vol. 1. Don. 1. com. 10. Myns. cent. 6. Observ. 41. n. 10. Arum. Exercit. Justin. 1. th. 19. Klock. tom. 1. consil. 28. Cujac. de præscript. c. 30. 31. & 34. Idem lib. 9. Observ. 24.*

### XXX.

Jus Civile mutabile; Jus Naturale autem adeò immutabile, ut ne à DEO quidem mutari queat. Ita, ut bis duo non sint quatuor, & quod intrinsecâ ratione malum est, malum non sit, à DEO haud effici potest, quamvis immensa DEI Ter. opt. max. sit potentia. Concedimus tamen, quòd nonnunquã in Jure Naturali mutatio quædam appareat: sed quæ Essentiæ Juris Naturæ nihil detrahit; res saltẽ, de qua jus Naturæ constituit, mutationem recipit.

*§. penult. Inst. de J. N. G. & C. §. ult. Inst. de legit. agnat. tutel. Grot. de J. B. & P. lib. 1. cap. 1. n. 10. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 1. th. 4. lit. D. Hahnus ad Wesemb. tit. de J. & J. Wurmser. libro præct. Observ. tit. 50. de V. S. Observ. 8. Frantzk. Exercit. 1. qv. 10. Theod. Manil. ad §. penult. Inst. de J. N. G. & C. Horn. 4. Ethic. 3. Hunn. var. resolut. lib. 1. tract. 1. qv. fin.*

*DISS. Thom. qv. 95. art. 3. & qv. 96. art. 1. & 2. Henr. Piro ad §. penult. Inst. de J. N. G. & C.*

¶ (o) ¶

Kc 3008

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle

3

006 374 700



1077

*[Handwritten signature]*







1

Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO PRIMA  
DE  
**GENERALIBUS  
JURIS ROMANI  
PRINCIPIIS,**  
*Ex Proœm. & lib. 1. Tit. 1. & 2. Inst. jur.*  
THESES XXX. Continens;  
QVAM  
AUCTORITATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIHAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE  
DN. MARCO RHODIO, J.U.D.  
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.  
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO  
MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,  
IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM,  
MICHAEL DIRKSEN, Dantiscanus,  
AUCTOR & RESPONDENS,  
*Ad Diem IV. SEPTEMB. A.M.DC.LXXXIV. horis matutinis solitis,*  
Publicè ventilandam proponit.

---

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPELII, Acad. Typ.

